exclamauit dicens. Que est hec fantasia quam uideo? Sanctus uero dei mar
tyr marinus expansis manibus ad celum suum dominum deprecabatur. non pertimes
cens insaniam tyranni. Cumque iussisset imperator bestias amoueri. anima
lia nullo modo discedebant. sed ad pedes sancti se uolutabant. Cumque ministri
multum eis essent molesti ut ad caueas redirent. tunc sanctus dei marinus
imperauit ut redirent ad locum suum. Que statim abierunt. Iterum
tyrannus iussit dimitti ei simul leenam inmanem. et ingentem ursam.
Exeuntes uero utreque de caueis. cucurrerunt ad sanctum dei martyrem.
et scindentes uestimenta eius ruerunt ante pedes eius. et mortue sunt
simul. Sanctus uero marinus eleuans manus suas in celum. inuocato
domino ait. Pater domini mei ihesu christi exaudi seruum tuum marinum.
et eripe de laqueo diaboli. Martianus imperator dixit. Per deos omnes.
et dominam meam ecatem et dominum meum solem. nisi immolaueris
diis et confessus fueris matrem deorum. non effugies manus meas.
sed pessime te disperdam. Marinus sanctus respondit. Quid michi minaris?
Nam insaniam tuam non pertimesco quia deus meus dissoluet te. et dabit
te in obprobrium. Imperator autem hec audiens. iratus aduersus eum
uehementer. iussit dimitti ei simul pardum cum tigride.
Egresse uero bestie de caueis. accurrentes ascenderunt super
collum beatissimi martyris. et complexe sunt eum. et
una ex his deosculabatur os eius. Alia nichilominus sudorem de facie
eius extergebat. Martianus imperator stupefactus super mirabilibus que uide
bat. iussit taurum adduci et ligari sanctum marinum ad cornu eius.
et in tauri posterioribus uel dorso precepit cauteria imponi. Cumque
ministri fecissent sicut eis fuerat imperatum. ardentibus carnibus suis
nichil sentiebat taurus. Sed nec pertinebat ad eum de ipsis cauteriis.
sed lingua sua sanctum dei martyrem lingebat. Tunc martianus precepit
ministris ut soluerent sanctum martyrem et in custodiam eum mitte
rent. excogitans qua morte a uita presenti eum priuaret. Sim
plicius autem custos carceris dixit. Iubeat potestas tua post pran
dium arenam preparari. et pyram ingentem fieri. et ignem suc
cendi. ut impositus super ignem dispereat. Si autem sic non fuerit
consumptus. iube edificari caminum. et ualde succendi. xx. diebus

et totidem nocti[…]
et sacrificet. M[…]
super pyram. ignis […]
so. et splendente […]
serunt in caminu[…]
dens manus in ca[…]
et omnium creatur[…]
eripe me ab hoc ig[…]
michi martianus. […]
ardentis. ananiam. a[…]
onum. et saluasti […]
bestiis liberasti. qui […]
natum misisti. per q[…]
minum nostrum ihesum […]
num. per quod de diabol[…]
qui lumen oculi feci[…]
stellas celi et arena[…]
seruum tuum et […]
Consummata autem […]
martyr signum sa[…]
post […] uerti[…]
cum eo in ignem. […]
tim ut ingressus […]
mox emarcuit ille[…]
sanctus sedens in medi[…]
Lauda anima mea […]
nedicimus adoramus […]
christe unigenite de[…]
num. ut uideret s[…]
corpore fuisset dis[…]
tur christiani tollent[…]
uel honorifice eu[…]
omnis ignis consu[…]

+ dextera autem marie fa[…]
tenuer[…] […]

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, ms. lat. 5288, 28v – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/36977)